



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

25. Executor cui nihil præscriptum à testatore, moribus & consuetudine  
niti debet: quoru[m] magna est vis authoritasq[ue]. Et quid si illa deficiat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

Et alumna. Et idem sentio, si quis præclarus fuerit orator, qui omni doctrinarum genere ac præsertim cumulatus esse debet: vt Quintilianus Et Cicero meminerunt. Igitur executor in his per se, quantum potest inspiciat. Quod si per se, id nequit absoluerè, peritiores consulat Et sapientum incumbat responsis. neq; aliter ad dextram sinistràmue declinet, aut grauando heredes vel legatarios, aut nimium molliendo, sed stateram gestet in manibus: Et ius suum unicuiq; distribuat.

† Et nouissimum erit consilium commissario 25  
Et executori, quem præstantissimum esse nos volumus, vt omnibus præscriptis modum, venustatem, formamq; adhibeat, quibus cum maturitate ac decore queant procedere, ne hac quam cupiuit laude fraudetur, obseruet enim in primis quid in re ipsa à se vel ab alijs solitum Et obseruatum est. habet enim maximam in rebus vim mos Et consuetudo vt in. d. c. mos. Et. c. consuetudo. l. de quibus. Et. l. inueterata. ff. de legibus. l. more maiorum. ff. de iurisd. om. iudi. C. que fit longa consuetudo. l. 1. Et 2. Et. c. si. de consuetudine. Quòd si nihil vsitatum

E inue-

inuenerit adhibeat rationem loci, & temporis personarum ac rerum: nec seueritatem rigoris, neq; mollitiem æquitatis: sed quod intercurrit, admittat. & quod honestū pulchrūque sit, licere consideret: iuxta ea, quæ not. in. l. & si legibus. C. si contra ius vel utilitatem publ. prætor. §. 1. ff. de ope. no. nun. l. 3. §. in bello. ff. de re mili. 41. distinct. c. 1. de statu regul. eaque. & c. cum quis. de senten. excommuni. libr. 6. Et hoc genere libasse sufficiet.

26 † Quæro modò secundo, quid agere debet testamentarius executor? Ego in hac re, vt clarior res fiat, primò responsum breue compendiosumq; præstabo. Deinde singulas partes recedendo incidentes tollam dubitationes: ita quòd omnibus supputatis res lucidissima remanebit. Debet enim executor testamētarius, velut belli optimus Imperator, postquam se ducem nouerit designatū, scuto & thorace se præmunire, signiferos & bellatores colligere, hostes inuadere, pugnandi copiam illis præbere, manus conferere, consequi q; victoriam: eamq; veluti prædam diripere, partiri, triumphoq; perpotiri. Debet enim primum officij sui munus aut  
spont